

dimidium in Nore, novem in Heinrode, unum in Magedon pro certa pecunia vendidit, videlicet c̄c̄ marcis et una, | que tunc solvebant īx̄ talenta monetę de Northusin. Nos igitur vendicionem ab eo factam ratam habentes predicto abbati prefata bona cum prememorato preposito, presentibus canonicis ecclesie nostre Nuenburgensis et ministerialibus nostris quam plurimis, in burqwardo Cuschburk, ubi tunc pro negociis imperii nos et 5 principes, videlicet Euerhardus Merseburgensis episcopus, Thimo Bauenbergensis tunc electus, dux de Meran, marchio Cunradus de Lusiz et plures liberi et ecclesiarum ministeriales conveneramus, donavimus hac causa inducti, quod iam dictus prepositus ab ecclesia de Cruceberk cum consensu Hersuendensis abbatis predium ecclesie sue plus expediens comparavit cum pecunia, quam a monachis de Walkenrede recepit, et insuper 10 LX̄ et iiii marcas de pecunia ecclesie^e) sue adiecit, videlicet xī mansos in Ekkestede et molendinum et areas cum pascuis et pratis, in Vipeche vii et dimidium, in Bachestede vii et dimidium, que omnia tunc solvebant xiiii libras et dimidiam et iiii solidos Erfordiensis monete. Quia ergo contractus, qui rationabiliter inter ecclesias et monasteria fiunt, convenit irrefragabiliter conservari, ne per consequentia temporum posteris nostris possit 15 venire in questionem et in dubium, utile duximus rationabile factum Walkenredensis ecclesie et beati Mauricii in Nuenbure scripto commendare et impressione sigilli nostri roborare et testes ydoneos adhibere. Adhibuimus itaque testes huius rei: Everhardum Merseburgensem episcopum. Thimonem Bauenbergensem^d) electum. Harthmannum maioris ecclesie Nuenburgensis prepositum. Conradum scolasticum, Wolkwinum custodem canonicos. Ottonem^e) de Lobdebure, Gerlagum de Heldrungin canonicos sancti 20 Mauricii. Sacerdotes: Adulfum. Gebhardum. Cristanum. Laicos: Hermannum lantgravium et Saxonie palatinum. Cunradum marchionem de Lusiz. Liberos: Lúdwicum comitem de Lare. Edelgerum comitem de Honstein. Albertum de Drouze. Ministeriales nostros: Hugonem de Hukkenwalde. Lúdwicum de Crossne. Rudolfum de Būnowe. 25

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo centesimo x̄c̄. vii, indictione xiiii, epactis xvii, concurrente i, vii. idus augusti, pontificatus nostri anno duodecimo, regnante gloriosissimo^f) imperatore Henrico.

(S.)

26.

30

Landgraf Hermann bestätigt den Kauf mehrerer Güter zu Berterode, Unkeroda und Oesterkörner durch das Kloster Volkeroda.

1197 [vor Okt.].

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 120. Das an weißer Hanfschnur hängende beschädigte S. = Tafel XI, 4.

Geir.: In deutscher Uebersetzung: Schöttgen u. Kreysig, Diplomataria 1,754 und Rudolphi, Gotha diplomatica 2,266. 35

Ann.: In dorso: Lantgravii super Berdarort et VI. mansos in Cornero (gleichzeitig) von derselben Hand wie alle Dorsale der Volkeroder Klosterurkunden. Die Urkunde ist vor Oktober ausgestellt, da der in der Datirung erwähnte Kaiser Heinrich VI. am 28. Sept. 1197 starb, vielleicht noch in den ersten Oktobertagen, da die Nachricht aus Süditalien nicht vor 14 Tagen nach Thüringen gelangt sein kann. — Volkeroder Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privatark. 14.

40

25. c) ecclesia Or. d) Thimone Bauenbergense Or. e) Ottone Or. f) gloriosissimo.